



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vitae Sanctorvm**

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae Agrippinæ, 1603**

Vita S. Thomae Herefordensis in Anglia Episcopi. Ex ea quam, teste a Baronio, Surius ex Anonimo fideliſsimè conscipſit. Migravit ex humanis anno Domini 1287. Relatus à Ioanne Papa XXII. in numerum ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42787**

S. Vindiciani  
vitam inue-  
niet Lector  
H. Martij.

Augustodunensis iure episcopatus illud suum esse asserebat. Sanctus vero Vindicianus Presul Atrebatensis, nullo modo id sibi auferri patiens, locum martyrij & sepulchri in sua dicecessi esse contestabatur. Fuit tandem vna omnium Episcoporum sententia, ut ieuniis & orationibus pium illum confictum diriment. Facta igitur communi oratione, Pictauensi Episcopo sanctum corpus donandum ex indicijs declaratum est: sicque cum debita uiuere solum reuerentia & stupendis per viam virtutibus atque miraculis in nouum amplissimum in B. Martyris honorem extructum templum translatum & sepulturæ mandatum est: propè B. Maxentij monasterium.

a In Nota-  
tionibus ad  
Martyr.  
Roman.

2. Octob.  
Patria &  
C. parentes.

Pietas ad-  
huc paert.

VITA S. THOMAE HEREFORDEN-  
sis in Anglia Episcopi. Ex ea quam, teste a Baro-  
nio, Surius ex Anonimo fidelissime conscripsit.  
Migravit ex humanis anno Domini 1287. Re-  
latus à Ioanne Papa XXII. in numerum san-  
ctorum.

**S** Thomas Herefordensis antistes, in Bri-  
tannia maiori, quam Angliam vocant,  
claris natalibus, patre VVilhelmo de  
Cantilupo, matre Milicenta Comitissa Ebro-  
icensi, ortus est. In ipsa pueritia, cùm literarum studijs traditus esset, haud vulgarem de-  
se pietatem præbuit, atatem moribus trans-  
cendens, quotidie preces, quas horas Cano-  
nicas vocant, dicere; & Missæ interesse solebat.  
Studiorum causa primò ad Oxoniensem Aca-  
demiam, indè Lutetiam se contulit: ubi logicæ  
operam dans, & Philosophiæ Secreta rimatus  
magi-

magisterij titulo ornatus est. Postea Oxoniā reuersus, Iuris Pontificij Doctor & Academiæ Cancellarius creatus, ea animi prudentia causas discussit; vt fama increbrescente, Henricus tertius Angliae Rex eum quanquam iniuitum sibi in suo regno Cancellarium asci- *Fit Cancella-*  
uerit. Eo honore à Rege decoratus, mores, qui *rius Regis*  
tunc in alijs præcipue diffluere solent, multò *Angliae.*  
magis composuit, sualque actiones arctiori  
virtutis præscripto deuinxit.

Postquam verò Henricus Rex in viuis esse  
desijt, vir sanctus Oxoniā repetens, animum  
ad Theologiæ studia appulit, Doctorisque insi-  
gnibus affectus, tanta deuotione & pietate re-  
bus diuinis operā dabat, vt intuentū fidem &  
mores informaret: tanto lachrymarum imbre  
Missæ sacrificiū peragebat, ac si Christū coram *Mortuo Re-*  
*ge confert se*  
*ad studium*  
*Theologicū.*  
*odit vehe-*  
*menter de-*  
lia vitia omnia vehementer detestaretur, tum *tractores.*  
obtrectationes cane peius & angue detestaba-  
tur: cunctosque ab eo crimine renocare nitēs,  
si quos obtrectantes audiret, seueriter illos ca-  
stigabat. Mentis & corporis eius integritas &  
mundities tam fuit rara, vt Robertus Cantua-  
riensis Archiepiscopus, deinde Portuensis E-  
piscopus Cardinalis, qui ei à pueritia con-  
fidenti aures præbuerat, Oxoniæ publicè de eo  
fateretur: tantam illius & corporis & animi *Admiranda*  
castitatem esse, quanta maior infante non *illius casti-*  
fuerat. *tus.*

Corpus suum vigilijs & ieunijs, asperoque  
cilicio permultis annis secretius macerauit. *Fit Episco-*  
Cū autem Heresfordensis Ecclesia suo esset *Pme.*  
pastore orbata, omnium votis ad eam functio-  
*nem.*

*Benignitas  
eius in pau-  
peres.*

nem electus est. Tum verò longè etiam magis quam anteà vigil ad curam factus, & suavis ad mores, sedulò in primis pauperibus subuenitus præstantique benignitate ac liberalitate inopiam eorum subleuauit. Magna laboris instantia in eam incumbebat curam, vt ecclesiæ iura tueretur, & quæ alij sibi præter ius fasque vendicarant, ab iniustis possessoribus ablata ecclesiæ restitueret. Ea causa cùm grauis extitif-  
fer contentio, Romanum pontificem adire de-  
creuit, vt ab illo tantis molestijs opportuna  
remedia impetraret. Eo igitur tam longo &  
difficili itinere non sinè multo labore & cor-  
poris sui detimento suscepto atque confecto,  
Romā venit, & à Martino Pontifice honorificè  
acceptus, rebusque & negotijs, quorū causa eō  
venerat, pro voto expeditis, dū in patriam re-  
dire contendit, morbo oppressus, apud Floren-  
tinos iuxta Flasconis montem è vita excedit,

*Migrat ad  
Dominum in  
itinere con-  
stitutus.  
Sacra eius  
ossa in An-  
gliam trans-  
lata.*

sesto Nonas Octobris. Intereà sex diebus cor-  
pus eius exanime asseruabatur, odorem spirās  
suauissimum. Deinde caro ab ossibus sepa-  
rata, in Ecclesia S. Seueri honorificè sepulta  
est: ossa verò per tam longinquā terrarum ac  
maris spatiā in Angliam ad sedem eius appor-  
tata sunt.

*Præclarum  
miraculum.*

Cumque obuiam illis venisset Gilbertus de  
Clara Comes Gloucestriæ, qui ob iura ecclesiæ  
beatum virum fatigauerat, mox ab eis fanguis  
copiosissimus manauit; ita vt vasa, in quibus  
ferebantur, sanguine tincta viderentur. Quo  
sanè miraculo concussum Comes, iura omnia  
Ecclesiæ restituuit; & ea, quæ temerè egerat, pœ-  
nitudine expiauit. Porro inter alia eius, quæ scri-

scriptis de eo mandata inueniuntur, miracula,  
sexaginta mortuos excitasse legitur; quadra-  
ginta & vnum cæcos illuminasse; quinquagin-  
ta duos contractos sanasse; viginti & vnum pa-  
ralyticos restituisse; cæcis & mutis viginti tri-  
bus lumen reddidisse.

Multa eius  
& admiran-  
da miracula.

**MARTIRIVM DVORVM \*** EVV AL- \* Heuuual-  
dorum Presbyterorum. Ex historia Angelorum dorum.  
Venerabilis Bedæ, Lib. 5. Cap. 11. a Passi sunt a Teste C. Ba.  
anno Domini 693. iuxta Chroni. Sigeberti. Martyr.  
Rom. &c  
Tom. 8. An-

**Q**uo tempore VVitbertus in Frisia, fru-  
strâ diu multumque in opus Euangelij  
desudabat, Ecgbertus vir Domini quia 3.Octob.  
ipse propria Ecclesiæ necessitate retentus, ad  
prædicandum gentibus proficiisci nō poterat,  
tentauit adhuc in opus verbi alios egregia san-  
ctoritate & Christianæ facundiæ laude præstan- S. VVille-  
tes viros mittere: in quibus eximius Vville brordi vñl  
brordus presbyterij gradu & merito præful- reperie: le-  
gebat. Qui cùm à Pipino Francorum duce gra- & or. 7 No-  
tanter suscepti, & in citeriorem Frisiam, ad uemb.  
prædicandum missi, haud pœnitendos operæ  
fructus facerent, multosque ab infando idolo-  
rum cultu ad Christi fidem conuerterent: duo Patria Br.  
presbyteri, ex Anglia oriundi, qui in Hybernia ualdorum.  
multo tempore profide ac religione exulaue-  
rant, horum exemplo prouocati, pariter ad  
prouinciam antiquorum Saxonum venere; si  
fortè aliquos ibidem prædicando Christo lu-  
crari possent. Erat utriusque nomen Evvaldus ea  
tamen distinctione, vt pro diuersa capillo-  
rū specie, unus niger, alter albus Evvaldus di-  
ceretur. Quorum uterque pietate religionis  
imbu-